FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

CATECHESIS || DAVIDIS || CHYTRÆI. || RECENS RECOGNI=||TA, ET MVLTIS DE-||finitionibus aucta. ||

Chyträus, David

Argentorati, 1589

VD16 ZV 30868

SECVNDVM PRAECEPTVM.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149135

Visual Library

tis, iuſticiæ & ſanctitatis externæ, cum tamen cor ſit ſine vero timore Dei & ſine fide, plenum dubitationibus, prauis inclinationibus & affectibus, ſuperbia, admiratione ſui, &c.

SCANDALVM eſt aut falſa doctrina, aut malum exemplum, quod gloriæ DEI & ſaluti aliorum hominum nocet, vel quia ſeducit alios, vel quia deterret alios ab Euangelio, vel quia præbet occaſionem maledicendi Euangelio & Eccleſiæ, vel quia alios ad imitationem inuitat, vel quia ſerit alia plura peccata.

SECVNDVM PRAECEPTVM.

Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.

Virtutes ſeu bona opera Secundi Præcepti.

I. Vera inuocatio Dei.
II. Gratiarum actio.
III. Vera prædicatio.
IIII. Confeßio.
V. Iuſiurandum.

I. VERA INVOCATIO Dei eſt motus cordis & linguæ, qui à vero DEO patefacto in promiſsione Euangelii & miſso Filio, petit & expectat bona ęterna & corporalia, & repugnans dubitationi certò ſtatuit à Deo recipi & exaudiri preces, iuxta ipſius promiſsiones propter Chriſtum Mediatorem.

Extrema ſunt, omißio Inuocationis, frigida & oſcitans precatio, qualis eſt omnium noſtrûm, Et omnes falſæ Inuocationes Ethnicæ, Turcicæ, Papiſtica Inuocatio hominum mortuorum.

II. GRA-

II. GRATIARVM Actio eſt mente & voce confiteri, quòd bona ſpiritualia & corporalia non caſu offerantur, nec noſtra ſapiẽtia & viribus tantùm parentur & conſeruentur, ſed quòd Deus verè omnium beneficiorum autor ſit, & propterea vero corde ſe ei ſubiicere & obedire, vt Deus gloria ornetur, & plures ad veram agnitionem & inuocationem Dei inuitentur.

Extrema ſunt, Ingratitudo & Simulata Gratitudo, qualis eſt Phariſæi, Lucæ 18.

III. VERA PRAEDICATIO, eſt doctrinam à Deo traditam, Legem & Euangelion, vel in publico miniſterio, vel alibi, pro ſuo loco & vocatione rectè & purè docere, & corruptelas dextrè refutare.

Extrema ſunt, Corruptelæ doctrinæ, Hæreſes, Negligentia in docendo, Curioſitas in tractandis materijs non neceſſarijs.

IIII. CONFESSIO eſt veram de Deo

doctrinam conſtanter profiteri, nec abiicere eam propter terrores, odia, ſupplicia, vel gratiam potentum, propter hunc finem, vt Deo obtemperetur, & ne vera Dei noticia in terris extinguatur.

Extrema ſunt, Defectio ab Euangelio, & Pertinacia in cauſis impijs.

V. IVSIVRANDVM eſt inuocatio veri Dei, qua petitur, vt ſit teſtis, nos vera dicere, & ſeuerè puniat mentientes.

Extrema ſunt, Periuria & ſuperſtitioſa obſeruatio impiorum iuramentorum.

TERTIVM PRAECEPTVM.

Memento vt diem Sabbati ſanctifices.

Quæ